UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Cyrecio. 411.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Leontio Epiſcopo. 410.

Noli negligere gratiam,quæ in te eſt.Ne ad eorum,quibus præes,culpas cõniueas: ne alioqui, quæ ab ipſis fiunt, à te autem permittuntur,tua potiùs fiant,vt qui,cùm poſſis,iis mederi nolis.

Λεοντίῳ ἐπισκόπῳ. υι.

Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος. μὴ παρόρα τῶν ὑπηκόων τὰ πταίσματα, ἵνα μὴ ὑπ' ἐκείνων γινόμενα, ὑπὸ δὲ σοῦ συγχωρούμενα, σὰ γένηται μᾶλλον, ὡς δυναμένου μὲν, μὴ βουλομένου δὲ ταῦτα ἰάσασθαι.

Cyrecio. 411.

Iuſtis quidem artibus partas opes habes:at eaſdem iniuſtè contines. Has igitur communes fac:vt ſic tuæ fiant, hoc eſt, vt anguſtis ac neceſſariis temporibus animã tuam redimant, ac Deum tibi placabilem reddant.

Κυρηκίῳ. υια.

Ἔχεις πλοῦτον δικαίως, συνέχεις δὲ τοῦτον ἀδίκως. ποίησον ταυτὸν κοινὸν, ἵνα οὕτως γένηται σός. λύτρον σοι καὶ ἐξίλασμα ἐν καιρῷ ἀνάγκης γινόμενος.

Nicanori Scholaſtico. 412.

Doctrina,morum dux eſt,in hoc conſtituta,vt omnia,quæ in nobis ſunt,ex ratione moderetur.Quòd ſi hanc litibus ac iurgiis impendamus, iiſque, qui eruditionis expertes ſunt, ad furioſius exercendas inimicitias commodemus, ingẽtes Deo verbo rationes reddendas habebimus, vt qui nec ex ipſius nomine pudore aliquo affecti fuerimus, nec honorem literis atque doctrinæ ſtudiis habuerimus,verùm ad iudicia & lites ac pugnas, vt apparet, eruditi fuerimus.

Νικάνορι σχολαστικῷ. υιβ.

Οἱ λόγοι τῶν ἠθῶν εἰσὶν ἡγεμόνες ἄγειν πάντα τὰ ἐν ἡμῖν λογικῶς τεταγμένοι. εἰ δὲ τούτους εἰς ἔριδας ἀχολοῦμεν καὶ μάχας, κιχρῶντες αὐτοὺς τοῖς οὐκ εἰδόσιν ἐμμανέστερον γυμνάζειν τὰς ἔχθρας, μεγάλας τῷ θεῷ λόγῳ τὰς εὐθύνας ὑφέξομεν, μηδὲ τὴν αὐτοῦ κλῆσιν αἰδεσθέντες, καὶ τιμῆς μεταδόντες τοῖς λόγοις, ἀλλ' εἰς κρίσεις καὶ μάχας, ὡς ἔοικε, παιδευθέντες.

Sereno Tribuno. 413.

Nulla legum Apoſtolicarum præmio caret : nulla earum vtilitatis eſt expers, quemadmodum improbi ac ſtulti Manichæi criminantur,qui diabolum impietate longè ſuperãt. Tempus enim breue eſt, inquit Paulus.Reliquum eſt,vt qui vxores habent,tanquam non habentes ſint. Quibus verbis non legitimum concubitum prohibet,verùm præpoſteram atque inordinatam voluptatem coërcet: ſimúlque etiam temporis complementum ſignificat. Si vita celeri curſu tranſit, inquit, ei, tanquam firmæ ac ſtabili propenſos deditóſque nos eſſe minimè oportet.

Σερήνῳ τριβούνῳ. υιγ.

Οὐδὲν τῶν ἀποστολικῶν νόμων ἐστὶν ἀγέραστον, οὐδὲν αὐτῶν ὠφελείας ἐστέρηται, ὡς οἱ κακόφρονοι διαβάλλουσι Μανιχαῖοι, οἱ πολλῷ τὸν διάβολον σχετλιασμοῖς ὑπερβάλλοντες. ὁ καιρὸς γὰρ συνεσταλμένος ἐστὶ λοιπὸν, ἔγραψεν, ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν, οὐχὶ τὴν ἔνθεσμον κωλύων συνάφειαν, ἀλλὰ τὴν ἄτακτον ἡδυπάθειαν εἴργων, ἅμα δὲ καὶ τὴν τοῦ χρόνου συμπλήρωσιν σημαίνων. εἰ σπουδαίως, φησὶν, ὁ βίος παράγει, οὐ χρὴ αὐτῷ προσπαθεῖν ὡς ἑστῶτι.